

www.e-rara.ch

Systema philosophiae universae

Hespelin, Oswald

Weingarten, 1762

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: RRI 221,11

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-35220>

Oeconomia.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



tibus istis vultu, ore, gestu, ac omni opere reverentiam Numinis. Plura religio.

Philosophia Civilis.

§. 100. **P**hilosophia civilis est scientia practica promovendi salutem atque tranquillitatem reipublicæ. In hac igitur præcipiendum, qua ratione commune bonum promoveri queat, & removeri omnia, quæ ab aliis obiciuntur, impedimenta.

Oeconomia.

§. 101. **Q**uoniam respublica non ex hominibus singularibus, sed ex societatibus simplicibus coalescit, in Philosophia civili quoque docendum est, quibus utendum sit mediis, & quænam removeri debeant obstacula, ut in societatibus simplicibus atque domo singuli satisfaciant officii suis. Hæc pars vocatur *œconomica*.

§. 102. Quum in societate nuptiali omnia ad liberorum procreationem & educationem tendant; ab utroque conjuge danda est opera, ut liberi cum corporis habitu tum animi dotibus atque virtutibus valentes reipublicæ sistantur cives. Quare conjugibus competat temperare adpetitum circa venerem, consequenter quid sit Castitas matrimonialis. Quænam observanda sint in contrahendis matrimoniis, & quare hic contractus sit alæ plenissimus.

de promovenda salute societatis nuptialis.

§. 103. Quia in societate paterna omnia ad liberorum educationem redeunt; ut salus societatis hujus vigeat, parentibus incumbit, ne quidquam desit ad educationem necessarium, sublatiis obstaculis, quæ eidem adversantur. Studium itaque virtutum cum intellectualium, tum moralium, tum denique pietatis ipsis familiare reddere tenentur. Quomodo liberi in prima mentis ope-

Societatis paternæ,



operatione exerceri debeant. Quomodo ipsis adtentio, reflexio, acumen, & intelligentia concilientur. Ingenium excolendum, memoria, & ratio. Modus, quo ad virtutes morales alliciantur liberi, & a pravis consuetudinibus retineantur. Quid sit *herus*, Quinam liberos deceant. Quomodo docendi sint nummis uti, alios honore prosequi, veracitatem & taciturnitatem amare, Deum colere, parentibus obedire &c.

Societatis
herilis,

§. 104. Ut salus societatis herilis vigeat, opera danda est, ut herus & servus pro virili pactum adimpleant. Motiva, ne dissolvatur hæc societas, nisi pacto adimpleto. Est vero heri, agnoscere servi diligentiam, & blandius corrigere aberrantem, ab initio præsertim, ubi nondum ipsi constiterit de voluntate sua. Petenti insuper indulgeat aliquantum otii vel ad negotia quædam sua curanda, vel jucunditate honesta fruendi. Herus quoque servo haut imperet, ad quæ ex pacto haut tenetur, nec ab uno præter necessitatem exigat, quod servo alteri incumbit: immo nec ferre debet, ut unus sponte agat, quod est alterius; propterea quod non modo alter segnitiei adsuescat, verum etiam necessitas inter servos intercedere soleat, heri sæpius damnosa. Quod si servus non agat, quod sui officii est, absit, ut herus ira excandescat, propterea quod adfectus impetu sibi potius quam servo noceat, nec aliud obtineat, quam quod oris vultusque severitate obtinisset. Immo quum ira præpeditus extra oleas evagari soleat, servus sæpius adfectui tribuit, quod animi sententiæ tribuendum foret, adeoque sibi minus metuit. Officia servi atque motiva, ut eadem diligenter exerceat.

& domestica.

§. 105. In domo actiones singulorum in commune totius domus bonum conspirare debent. Quia imperium penes patremfamilias est, matrifamilias incumbit, ut auctoritatem ejus conservet, ipsamet se jussis ipsius obedientem præbens, nec liberis aut servis præsentibus eidem contradicens, aut vultu, ore, gestu aut opere ipsum contemtui habens. Multo minus convenit, ut de eodem parum honorifice ad liberos aut servos loquatur, sed auctoritate patrifamilias tamquam medio utatur flectendi & libero-
rum

rum & servorum voluntatem. Ita nec illorum sibi odium conciliat, si urget, quæ parum placent; nec ira sibi aut scetui nocet. Absit autem ut eorum causam aliter, quam intercedendo agat; alias nectus in patremfamilias perit, & amor in matremfamilias audaciam gignit. Non minus patrifamilias incumbit conservare auctoritatem matrisfamilias, dando ei signa tenerrimi amoris, ut intelligant liberi & servi, haut impune eandem lacessiri. Haut quamquam vero præsentibus liberis atque servis duriorem se erga ipsam præbeat; omnis enim domus salus corruit, si continuæ sint inter patrem & matremfamilias rixæ. Liberi a consortio famulitii removendi sunt, si viderent, audirentque, quod a bonis moribus alienum. Famuli non celent mala liberorum facta, nec permittendum ut propria auctoritate ipsis imperent, vel prorsus plagis eos adficiant. Nec liberis permittatur imperium in servos. Paterfamilias certa condant decreta, & ordinem domesticum instituat, ad quæ domestici actiones suas adtemperent. Si ordo ab ipso præscriptus fuerit interruptus, quatenus tempeste redintegretur, curet. Quid sit *Vigilantia* propria patrifamilias virtus.

Politica.

§. 106. **V**aria sunt, quæ jus naturæ præscribit cum de re-
rumpublicarum formis, tum de republica confi-
tuenda, administranda, defendenda. Præcipient-
dum igitur, quomodo circa singula legi naturali satisfiat, qui-
bus utendum sit mediis, ut imperantes potissimum, deinde etiam
parentes officiis suis rite perfungantur. Hæc pars Philosophiæ
Civilis Politicæ audit.

§. 107. Quid sit forma reipublicæ *recta*, quid *aberrans*. Quid de forma
Monarchia, & tyrannis: Aristocratia, & oligarchia: Politia, & reipublicæ
democratia: quid formæ mixtæ. Quælibet sua comoda & in-
comoda habet, unde

CXC.

Problema sit, quanam regiminis forma alteri præstet.

M

§. 108.